



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Nesuiensis n. 7

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

Ex eius  
presentia  
apud Afcu-  
lum in me-  
lius omnis  
etatis mu-  
tati mores.

*Pontificem Maximum, in quo de Sociis Afculum sententiam dicit, publicam Verius, quam suam, & sic loquitur.* Beatissime Pater, si Vestra Beatitudo posset videre mutationem morum, quæ in nostra Ciuitate facta est, postquam ad nos venerunt Patres Societatis IESV, ipsummet Afculum non amplius agnosceret. Senes antiqua odia posuerunt, iuniores nouas amicitias inierunt, gladijs & pugionibus precarij libri atque Coronæ successerunt, & sanguis discordiarum conuersus est in lachrymas pænitentium. Vbi antea ociosi hominum Conuentus fora occupabant, nunc pie celebrant Ecclesias, & Institutas à Patribus Congregationes frequentant: in quibus qui antea odio dissidebant, amicè conueniunt, & mutuis humanitatis, Charitatisque Officijs inter se certant: vt non recenter in gratiam rediisse, sed vera, ac diuturna amicitia coniuncti fuisse videantur. Illa quoque sunt admiratione digna; obedientia filiorum in Parentes, parentum amor in liberos. Quæ omnia, vt noua apud nos agnoscimus, sic ea Patrum educationi, assiduoque labori grati accepta referimus, & hic humi postrati, &c. anno 1613, die 1. Octobris. *Sic in Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 7. fol. 670.*

Liberatur à  
maledicentium  
fabulis.

Vni animarum  
lucro acerri-  
mè intentus  
est.

Magnum  
habet apud  
summos vi-  
ros existi-  
mationem.

7. A NESVIENSI, *Quæ à maledicentium fabulis sequenti Testimonio Nostros liberauit.* Aliud sane (inquit) loquitur res, aliud rumor. Persuasum nobis erat, magnificis Iesuitas asuetos curribus, equorumque ministerio in itineribus decurrendis vti, semper consueuisse: sed oculi profecto nostri longè iam vident alios pedites, nullo viatico instructos, magnis incommodis fatigatos, vni animarum lucro acerri-mè intentos. *Sic in Annal Soc. ann. 1610. fol. 453.*

8. A COMMOTOVIENSI, *Cuius legati (in renouatione Senatus facta mense Martio) cum duos Catholicos substituisset, grauissimè omnes admonuerunt, ne quid in nos attentarent: Societatis homines eos esse, qui cum alibi magnam apud summos viros haberent existimationem, Commotouij non debere premi, aut contemni.* *Hæc Ibid. fol. 334.*